



non valere, matris verò sic, Marquardus de cœlibatu 3. part. cap. 5. num. 5. Et hanc opinionem limitant, vt procedat tantum in patre, qui habet filios legitimos, nam illis nò habitis inter liberos naturales testari posse defendunt, vt Boerius decis. 240. num. 12. vbi restringit in spurijis, licet careat pater legitimis; quod secus est in matre, nisi sit illustris, vel filius natus sit ex damnato coitu. Et de his omnibus late agunt vltra relatos Castrensis in d. §. ex imperfecto nu. 6. Salicetus in d. l. final. C. Famil. ercis. Speculator in tit. de instrument. edit. §. compendiosè vers. Quid si pater naturalis Romanus cons. 179. nu. 6. Decius cons. 610. num. 2. & 3. Petrus Surdus decis. 95. & de alimentis, tit. 1. quæst. 15. num. 6. vbi quod testamentum imperfectum ratione solemnitatis factum à matre in favorem filij naturalis valet, Gilchenius in d. §. ex imperfe-

cto nu. 28. vbi Sichardus nu. 4. Curtius Iunior nu. 16. Gailius lib. 2. observat. 112. num. 14. & 18. Capriol. de success. abintestat. lib. 1. num. 86. Fachineus lib. 4. cap. 3. Grassus, §. testamentum quæst. 15. Pistor lib. 1. quæst. 1. num. 19. Pifo lib. 1. cap. 7. num. 34. Reusner de testam. part. 4. cap. 6. num. 6. Marta de success. legal. part. 4. quæst. 7. art. 1. Iulius Clarus d. quæst. 12. vbi eius Addicionator benè exornat, & interpretatur, l. ultim. C. de confirmat. tit. 1. parentes 6. ff. de in ius vocando. l. ex facto 17. §. si quis rogatus, ff. ad Trebelian. Covarrubias in 4. decret. §. 4. cap. 8. num. 13. Menchaca de success. creat. lib. 3. §. 21. num. 53. & 55. & controversiarum illustrium lib. 3. cap. 102. num. 18. vers. Quod procedit. Telus Fernandez in l. 3. Tauri 1. part. num. 18. Padilla in l. cum acutissimi, C. de fideicommissis num. 31. Azvedus in l. 8. tit. 8. lib. 5. Recop. num. 14.



CAPUT IX.

QUANDO DICATUR TESTAMENTUM imperfectum ratione voluntatis, & an presumatur perfectum vel imperfectum, & quid si testator dum condit testamentum reservat aliquid expressurum in aliud tempus, & postea non exprimit, & quando de testamento facta est scriptura, ex quibus clausulis, & coniecturis perfectum dignosci possit, & ex quibus imperfectum.

SUMMARIUM.

Testamentum imperfectum esse ratione voluntatis quando dicitur. 1. *L. si quis cum testamentum, ff. de testamentis ponderatur. 2.* Testamentum presumitur perfectum ratione voluntatis. 3. & 5. Non presumitur quis ore plus exprimere, quam mente agitaverit. 4. Baldi verba in l. quæstionem, C. de fideicommissis cum emendatione Menochij referuntur. 6. Reservatio testatoris in aliud

tempus certum vel incertum non arguit imperfectionem voluntatis. 7. 12. & 14. Institutio valet non adiecta conditione, quam alia scriptura testator exprimere promissit. 8. Aretinus ad l. si testamentum, C. de institut. & substit. ponderatur. 9. Bartolus in l. quoties 9. §. tantundem, ff. de heredib. instituend. notatur. 10. Argumentum valet à contrarij sensu. 11. Voluntas perfecta est, & testamentum ratione voluntatis

perfectum, quamvis testator dixerit deliberare velle an aliquid consanguineis relinquere. 13. 15. & 16.

Castillo Sotomator communem sententiam contradixit, & ratio obiectionis describitur, & respondetur. 17. & 18.

Voluntas perfecta est & testamētū etiam si dixerit testator, quod notarius, & testes cras revertantur, sed inde cras nihil fecit. 19. & 20.

Testari actu cōstare debet testatorem velle aliquid proferre, & non potuisse ob impedimētum ut voluntas imperfecta dicatur. 21.

Testatores multoties non retinēt voluntatem quam explicarūt in tractatu. 22.

Nova dispositio in casu reservationis nō est de substantia primi testamenti. 23. & 24.

Perfectio voluntatis consistit in eo, quod omnia que voluerit, expresisset testator, non solum per dispositionem universalem, sed etiam pro particularem. 25.

Arbitrio iudicis relinquitur materia perfectionis, & imperfectionis voluntatis. 26.

Testamentum in scriptis ex non perfectione scriptura imperfectum ratione voluntatis cōstituitur. 27.

Testamentum nuncupativum sine scriptura ex diēlis testium cognoscitur perfectum vel imperfectum. 28.

Testamentum nuncupativum de quo facta est scriptura si cōtinet clausulam conclusivam actum coram me, & testibus dignoscitur perfectum. 29.

Perfectum dicitur testamentum si signum tabelionis appositū sit in illo. 30.

Signum notarij est terminus dispositionis redacta in scripturam. 31.

Testamentum presumitur perfectum quando notarius asserit se rogatum, & apposuit diem. 32. & quando testator, qui coram testibus voluntatem suam expresserat, licētiat eos.

33. & quando post instrumentum cōfectum partes ad actus entrancos divertunt. 34.

Perfectum ex heredis institutione coniecturatur testamentum. 35.

Perfectio voluntatis inducitur ex confessione facta à testatore ex intervallo post factum testamentum, & ex tunc diēlis, & gestis testatoris voluntas coniecturatur. 36.

Actus perfecti recipiunt formam declaratoriam, nominatio executorum inducit perfectionem testamenti. 37.

Per-

Perfecta coniecturatur voluntas, quando dispositio convenit cū voluntate iam ab ipso testatore prolata. 38.

Verba prius prolata probāt qualis fuerit intentio disponendi, & ex procedentibus declaratur sequentia. 39.

Testatoris declaratio sive precesserit testamentum, aut fuerit ex post facto duobus testibus non rogatis probatur. 40.

Voluntatis interpretatio, & coniectura sumitur ex testamento imperfecto, seu revocato ad declarationem secundi. 41.

Testamentum nullum probat voluntatem. 42.

Testamentum nuncupativum de quo facta est scriptura ex non perfectione scripturae, presumitur imperfectum in casu quo testator potuisset perficere, & non perfecit. 43.

Imperfectum non presumitur testamentum ex defectu clausule conclusivae actum coram me, & testibus. 44.

Imperfectum probatur testamentum quando ex tenore illius constat testatorem dispositionem non habuisse ut completam. 45.

Imperfecta voluntas dicitur quando post aliqua disposita subiecit testator verbum dispositivum cum diēlione repetitiva.

item volo, vel hoc amplius volo, & obmutuit, & procedere nequivit. 46. & 47.

CVM ad testamenti valorē duplex perfectio requiratur, & voluntatis, & solemnitatis, ut dictum est supra capite primo, & secundo cum sequentibus, sequitur nunc ex professio videre, quando imperfectio dicatur voluntatis, sive quando ratione voluntatis testamentum dicatur imperfectum, & brebiter, & resolutivē dicendum est, voluntatem imperfectam testantis, & testamentum imperfectum ratione voluntatis esse, cum constat testatorem in ipso actu testandi, præter ab ipso iam dicta, & disposita esse alia dicturum, & non dixisse, licet ab eo fuisset heres institutus. Sic deducitur ex ijs, quæ ad huius rei explanationem tradunt Doctores omnes in d. l. si quis cum testamentum, ff. de testamentis, & videri possunt ultra Ordinarios ibi Cardinal. Patius conf. 146. artic. 3. vol. 4. Philipp. Decius conf. 159. in fine. Sigismund. Lofredus conf. 14. n. 65. Curt. Iun. conf. 12. n. 1. Cephal. conf. 294. sub n. 9. Pet. Surd. cōf. 258

nu. 19. Riminald. conf. 254. nu. 4. Vrsillus ad Afflictu decis. 143. Marc. Anton. Natta in l. hac cōsultissima, §. ex imperfecto n. 139. C. de testamētis. Michael Grasus, §. testamentum q. 12. n. 2. & 4. Menoc. lib. 4. præs. 5. n. 5. Card. Tuschus conclus. 133. ex n. 62. tom. 8. litt. T. Hieron. Giacharus in addit. ad Clarum §. testamētum q. 9. lit. A. Castil. lib. 4. cōtrov. cap. 21. n. 1. 5. 10. & 11. Peralta in l. si quis in principio testamenti, n. 40. & 41. ff. de legatis 3. Tellus Ferdin. in l. 3. Tauri 2. p. n. 19. Anton. Gom. ibidem n. 18. & n. 106. Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. q. 1. art. 7. n. 5. Stephan. Gratianus disceptat. forens. tom. 2. cap. 220. n. 28. & tom. 3. cap. 550. nu. 49. & cap. 764. nu. 4. Capi- cius Latro deces. 140. n. 20. lib. 2. vbi benè explicat.

Hæc testamenti imper-
fecti descriptio probatur ex
dicta l. si quis cum testamentum
25. ff. de testamentis, vbi Iavo-
lenus imperfectam volunta-
tem, & testamentum imper-
fectum esse dicit, quando
constiterit testatorem vo-
luisse vltius disponere, &
non disposuisse; vt quando
primis hæredibus nuncupa-
tis, cum secundos nominare
vellet, obmutuisset: Vnde si

cœpit testari, & aliqua dis-
posuit, & dū circa alia ver-
saretur, mortuus sit, aut
amittat loquelā, ita vt nullā
præterea vocem mittere po-
tuisset, aut furore, aut delirio
correptus sit, tunc equidem
imperfecta est voluntas te-
stantis, & imperfectum te-
stamentum ratione volun-
tatis.

3. Et rem alius repetendo,
ideò dicitur cum constat, quia
testamentum in dubio præ-
sumitur perfectum, & dum
non constat, & probetur per
hoc allegantem, præsump-
tio iuris stat in contrarium.
In dubio enim, cum nullum
adest vitium significans im-
perfectionem voluntatis, su-
mitur præsumptio volunta-
tem hanc vltimam, sicque
testamētum fuisse perfectū;
præcipuè quia nō præsumi-
tur plus habere quis in corde
quàm ore expresserit, & non
præsumitur quis ore plus ex-
primere, quàm mente agita-
verit. l. labeo, §. idem Tubero, ff.
de supelect. legat. sic probat
textus in d. l. si quis cum testa-
mentum, ibi: Labeo tamen hoc
verum esse existimat, si constaret
voluisse plures eum qui testamētū
fecisset hæredes pronunciare. Et
ibi notant Baldus n. 3. Bart.

Arc

Aretinus. Immola. & Angel.
idem Aretinus in §. ex eo in fi-
ne instit quib. mod. testament. in-
firm. Fulgos. cōf. 117. Alexand.
conf. 74. n. 3. lib. 1. Ruinus conf.
204. n. 1. in fine, lib. 2. Iason cōf.
8. col. a. vers. secundo fallit lib. 3.
Laurentius Calcaneus conf.
92. col. 2. Hondedeus conf. 77.
n. 11. lib. 1. Menoc. conf. 224. nu.
16. & de præsumptionib. lib. 4.
præs. 5. à nu. 1. Simo de Prætis
vltimar. volunt. lib. 2. interpret.
2. fol. 1. n. 41. Alvaradus de cō-
iect. ment. defuncti lib. 3. cap. 2. §.
1. nu. 14. Castillo d. cap. 21. nu.
44. Marta d. Art. 7. n. 17. Gra-
tianus cap. 550. num. 53. Peral-
ta in d. l. si quis in principio te-
stamenti num. 39. vsque ad 45.
Burgos de Paz in l. 3. Tauri
1. part. à num. 251. Et ibi Anto-
nius Gomez num. 105. Rode-
ricus Suarez in l. quoniam in
prioribus, C. de inofficis. testam.
quæst. 4 in declarat. ad leg. Reg-
ni vers. vnum. Buratus decis.
475. num. 15.

6. Cum minimè obstat Bal-
di scriptum in l. quæstionem nu.
19. vers. Si autem non constat C.
de fideicommissis, dum scripsit
in hæc verba: Si autem non cō-
stat, quod testator perfecit te-
stamentum, talis scriptura non
valet. l. fideicommissa, §. 1. de le-
gat. 3. Innuit ergo Baldus de-

bere cōstare testatorem per-
fecisse testamentum, atque
ita præsumptione esse quod
nō perfecit. Et Baldum se-
cuti sunt Alexand. in cōf. 76.
lib. 3. Grammat. decis. 62. nu.
10. nam responde tur secundū
Menoc. d. conf. 224. n. 19. & d.
præs. 5. n. 3. Baldi verba ita esse
legenda, si autem constat, quod
testator nō perfecit, & c. hæc
interpretationem probat d. l.
fideicommissa, §. 1. quæ allega-
tur à Baldo, & si aliter intel-
ligeretur non solum sibi ipsi
parum constans esset Bald.
sed, & aduersus dictam legē
si is qui ff. de testamētis scripsit.

7. Dicitur præterea testato-
rem in ipso actu testandi præter iā
dicta, & disposita alia esse dictu-
rum, & non dixisse, vt voluntas
sit imperfecta, & testamētū
ratione illius imperfectum,
quia in eadem confectioe
testamenti constare debet
testatorem alia optasse dice-
re, & vltra disponere, & non
fecisse. Vnde si reservavit in
aliud tempus, talis reserva-
tio non arguit imperfectionem
voluntatis, testamen-
tum etenim dicitur perfe-
ctū, ex quo tūc testator nihil
aliud erat dicturus de præ-
senti. Sic probat textus in l. si

te-